UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sortes, Qvibvs, Ne Temere Cadant, Temperandis; Vel, Si Temere Dvcvntvr, Castigandis, Divini Ivdicii Æqvitas Semper Adest

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1645

§. 6. S.Franciscus, sorte vsus, vt vt sciret, quid Deo gratißimum exhibere posset. Et qualis ca sors fuerit?

urn:nbn:de:hbz:466:1-52306

Visual Library

nam lucem ſpectare, maximéque perſonam illam, cui reuelatio eſt facta. Qua de re legendus eſt Delrius lib. 4. diſq. c. 1. q. 3. ſect. 1. 2. & 3.

§. VI.

S. Franciſcus ſorte, vſus, vt ſciret, quid Deo gratiſsimum exhibere poſſet. Et qualis ea ſors fuerit?

D. Antonin. 3. p. ſum. hiſt. tit. 24. §. 7. D. Bonauent. in vita S. Franciſc. c. 13.

Hoc pacto, carptim & obiter D. Antoninus; plenè D. Bonauentura narrat, S. Franciſcum ſorte vſum. *Immiſſum eſt eius menti*, ait, *per diuinum oraculum, quòd, in apertione libri Euangelici, aperiretur ei à Chriſto, quod Deo, in ipſo, & de ipſo, maximè foret acceptum. Oratione itaq; cum multa deuotione præmiſſa, ſacrum Euangeliorum librum de altari ſumptum, in SS. Trinitatis nomine aperiri fecit, per ſocium, virum vtiq; Deo deuotum & ſanctum. Sanè, cum, in trina libri apertione, ſemper Paßio Domini occurreret, intellexit vir Deo plenus, quòd ſicut Chriſtũ fuerat imitatus in actionibus vitæ, ſic conformis ei eſſe deberet in afflictionib9 & doloribus Paßionis, antequam ex hoc mundo tranſiret.* Optima vtique ſors fuit, quæ docuit, non vlciſci inimicos, ſed diligere; non ſectari delicias, ſed, cum Chriſto, & pro Chriſto, crucem ferre.

§. VII.